

CHRISTOPHORUS COLUMBUS (c. 1451-1506)

EPISTOLA DE INSULIS NUPER REPERTIS

Kolumbus Kristóf levele a nemrégiben felfedezett szigetekről

Nullam hi¹ noverunt idolatriam. Immo firmissime credunt omnem vim, omnem potentiam, omnia denique bona esse in caelo, meque inde cum his navibus et nautis descendisse: atque hoc animo ubique sum susceptus, postquam metum repulerant. Ego statim atque² ad mare illud perveni, e prima insula Indos violenter arripui, qui³ ediscerent a nobis: et nos pariter docerent ea, quorum ipsi cognitionem habebant. Et ex voto suscessit. Nam brevi nos ipsos et hi nos tum gestu ac signis, tum verbis intellexerunt magnoque nobis fuere⁴ emolumento. Et hi erant primi, qui nunciabant⁵, alii deinceps aliis elata voce dicentes. „Venite, venite et videbitis gentes ethereas⁶!” Quamobrem tam feminae, quam⁷ viri, tam impuberis, quam adulti, tam iuvenes quam senes deposita formidine nos certatim visebant magna iter stipante caterva, aliis cibum, aliis potum afferentibus⁸ maximo cum amore ac benevolentia incredibili.

¹ hi= a sziget bennszülött lakói

² atque= amint

³ qui ediscerent= ut ediscerent

⁴ fuere= fuerunt

⁵ nunciabant= nuntiabant

⁶ etherias= aetherias érstd: caelestes

⁷ tam, quam = csak úgy, mint; ahogy, úgy

⁸ aliis afferentibus cibum, allis afferentibus potum